

Peter Hinckelmann Hermann Textorius

**De Papismo Disputatio Anasceuastica Undecima. Continens praecipuos  
Romanae Synagogae errores refutatos, quos ea fovet in articulo De Iustificatione  
Hominis Peccatoris Coram Deo**

Rostochii: Litteris Reusnerianis, 1607

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756804035>

Druck Freier  Zugang



P. Kirckelmann.

R. M. theol. 1607. 8.

- Constantia
- ① Joh. Linschius, de deo pmo et vero 1607
  - ② Joach. Hammingius, de communicatione majestatis 1607
  - ③ Joach. Fischerus, de peccato originali 1607
  - ④ Heid. Kirchornius, de arbitrio hominis 1607
  - ⑤ Joh. Redekerus, de discrimine legis ev. 1607
  - ⑥ Henr. Tectorius, de justificatione 1607
  - ⑦ Joach. Jordenius, de bonis operibus 1608
  - ⑧ Joa. Linschius, de sacramentis 1608
  - ⑨ Joach. Hammingius, de sacramento coenae 1608
  - ⑩ Heid. Kirchornius, de sacr. Confirmationis 1608
  - ⑪ Joh. ab Huda, de traditionibus 1608
  - ⑫ Paul. Bruns, de votis monachatu 1608
  - ⑬ Nic. Fridricus, de adiaphoris 1608
  - ⑭ Henr. Hamerius, de oratione 1608
  - ⑮ Pet. Loft, de indulgentiis 1608
  - ⑯ Joh. Albinus, de morte 1608

2. f.

DE PAPISMO  
DISPUTATIO ANASCEVASTICA  
VNDECIMA.

*Continens præcipuos Romana Synagoga erro-  
res refutatos, quos ea fovet in articulo*

De

JUSTIFICATIO-  
NE HOMINIS PEC-  
CATORIS CORAM DEO.

*Reverenda facultatis Theologica in Academia  
Rostochiensis consensu:*

Moderatore & Doctore S S. Spiritu:  
Sub Præsidio

*M. PETRI HINKELMANNI  
Verbi Divini ministri:*

ad privatam *συζητησιον* proposita,  
ab

HERMANNO TEXTORIO  
Horwinckelensi Westph.

*Horis locoq; consuetis. 7. Cal. Decemb.*

— 0550 — 0650 —

ROSTOCHII,  
Litteris Reusnerianis An. 1607.

DE PARISMO  
DEBATIO ANTI-SCYTHICA  
VINDICATA  
D.  
JUSTIFICATIO  
NE HOMINIS  
GALORIS CORAM DEO.




HERMANNUS LILGIIUS  
Rostochii  
1757



DISPUTATIO XI.  
DE JUSTIFICATIONE.

Respondente  
HERMANNO TEXTORIO  
Westph. Horfwinckelenfi.

Προλεγόμενα.  
I.

 *Vanta sic hujus, de quo in presenti, annuente feliciter Deo, acturi sumus, articuli necessitas, Germania illud lumen, & ἐπιποδῶν repurgator religionis, Rev. pater D.D. Luth. p. m. verbis attestatum subsequentibus facit: Si unicus, ait, hic articulus sincerus permanserit, & Christiana Ecclesia sincera & concors, & sine omnibus scētis permanebit: sin verò corrumpetur, impossibile erit, ut uni errori, aut fanatico spiritui, obviam iri possit.*

II. *Quod cum videt antiquus ille serpens Diabolus, lapidem omnem, nihil intentatum relinquens, hunc ut articulum, quem arcis & propugnaculi instar ἀντίτην vera Ecclesia colit, labefactando corrumpat, & movit, & adhuc quotidie movet. Etenim hoc propugnaculo semoto, damnum sua illatum iri ditioni maximum, cultuumq; suorum idololatricorum, processionum, vigiliarum, indulgentiarum, operum à suis affectis effectorum, atq; totius purgatorij decrementum & interitum veretur.*

III. *Si enim juxta divini tenorem verbi, justificationem hominis peccatoris coram Deo in gratuita Dei dilectione, atq; solus Christi,*

sola fide apprehensi, merito consistere doceatur, Satanas neminem adeo stultum atq; insulsum fore videt, qui vel tantillum rancidis suis operibus menstruat & panno similibus, ridiculis indulgentijs, stolidis & neutiquam solidis processionibus concedat; nullum quoq; vel ad gulosos illos Monachos & Esavitas alendos, vel pro vigilijs ad defunctos è purgatorio liberandos, titivilitiam erogaturum.

IV. Cum itaq; in hoc articulo & arte & Marte Diabolum, pristino ut eum factori pontificio, in nostrum inevitabile exitium, novis technis comminiscendis, restituat, masculè digladiantem cernamus; Et nostrum erit, absoluta proximè de lege & Evangelio occurrere, pro nostro, ordine ita exigente, modulo, de articulo Iustificationis, ut factum tectum eum conservemus, doctore & ductore S.S. adversus pontificiorum deliria, dissertatiunculam quandam *κατακρινίς* instituere, In quatuor itaq; illam capita distributuri, 1. de Modo & Forma Iustificationis. 2. de Gratia, ejusq; veraratione 3. de Fide & particulis Exclusivis. 4. de Dubitatione, differemus.

#### Primus Error.

Andr. lib. 6.  
& alibi.  
Bellar. l. 2.  
c. 3.  
Concil.  
Trident.  
Ses. 6. in  
cap. & ca-  
non de ju-  
stif.  
Conc. ses. 6.  
c. 7.

Verbum justificare apud Paulum significat justitiam infundere, sive justum facere habitu infuso: unde sequitur hominem non gratis, sola gratia, vel sola imputatione justitiæ, seu obedientiæ Christi, aut sola fide in Christum, sed justitia inhærente, per & propter habitus infusos, charitatem, aliave bona opera, quoq; revera justificari, & justum esse coram Deo: Et inhærentem charitatem, & qualitates infusas formalem esse nostram justitiam.

#### REFUTATIO.

I. Tria in hoc errore potissimum refutanda occurrunt. 1. Falsa & erronea verbi Iustific. expositio. 2. hominem non sola Dei misericordia gratis, & sola justitia Christi imputatione per fidem justificari, sed per inherentes qualitates. 3. inhærentem caritatem formalem esse justitiam nostram. Quod ad primum, mirandum imò deplorandum, adeo pontificios hospites, & peregrinos in sacris esse scriptorculos, quod non videant,

videant, cum maxime in Epistolis Paulinis, tum in omnibus illis quae tandem de justificatione adferri dicta possunt, verbum justificare, semper pro absolvere à culpa & poena, & justum pronunciare, usurpari. (a)

II. Sumptum est enim hoc vocabulum à soli, & ad forum poli translatum est. Etenim quemadmodum ibi à reatu scelerum accusati absolventur, & liberi pronunciantur: Ita etiam coram Deo iustificari dicuntur, qui ad gratia confugientes thronum, à peccati reatu & damnatione absolventur, justique imputatione Christi pronunciantur. (b)

III. Quemadmodum graphicè nobis totus ille judicialis actus in Epistola ad Rom. describitur (c). Sistitur ibi homo coram tribunali Dei, reus actus, injustusque declaratus & damnatus, tandem gratuita Dei misericordia per Christi redemptionem justus pronunciat. Tum & passim in SS. scriptura fit mentio tribunalis (d), iudicis (e), rei (f), actoris (g), testis (h), advocati (i), misericordia (k), absolutionis (l).

IV. Forensis hac verbi huius iustificare significatio, ex antithesi eius etiam probatur (m). Idem & multis profanis, nisi prolixum esset, sufficientissimè probatum dare possemus. Inspiciatur Plutar. in Agesil. idem in Bruto, legatur Herod. aperiatur Cic. in Verrem. Et si, quod tamen per difficile adversariis erit probatu, alia eius dari posset significatio, nondum tamen triumphum canerent: quippe non quid in hoc, vel illo scripturae loco, sed quid in illis, in quibus doctrina justificationis tanquam in sua tractatur sede, significet, controversitur.

V. Sed ne videantur planè ineptire, scripturam nobis, sui erroris confirmandi causa, Iesuaistri opposcentes, Esaia illud arripiunt: In scientia sua iustificabit ipse servus meus multos (n), E. habitu infuso iustif. Insignem, quales, vide hic Institiariorum fallaciam divisionis, ut enim ille apud Matth. (o) sic & hi scripturam adducunt, omittendo sequentia: & ipse iniquitates eorum portabit? Quibus verbis modus justificationis imputativa indicatur. Quemadmodum enim Christus nostra peccata à Domino sibi imposta portavit; ita nobis vicissim Christi tribitur iustitia, non subjectivè, sed imputativè; sicut & ipse

- a) 2. Sam. 13, 4.
- Pfal. 32, 1.
- Esa. 5, 23.
- c. 43, 26.
- Prov. 17, 15.
- Rom. 4, 5.
- b) Gen. 44, v. 16.
- Exod. 23, 7.
- Deut. 25, 1.
- Iob. 27, 5.
- Pfal. 82, 1.
- Pfal. 143, 2.
- Luc. 18, 14.
- Act. 13, 38.
- c) Rom. 3, 24. cap. 8, 33.
- d) Rom. 14, v. 10.
- e) Ioh. 5, 27.
- f) Rom. 3, 23.
- g) Rom. 3, 19.
- h) Rom. 2, 15.
- i) 1. Ioh. 2, 1.
- k) Pf. 25, 6-7.
- l) Pf. 32, 1.
- m) Deut. 25, 1. 3.
- Reg. 3, 32.
- Prov. 17, 15.
- Rom. 8, 34.
- n) Esa. 53, 11.
- o) Matth. 4, 6.
- Pf. 91, 11.



p) 2. Cor. 5. *Apost. illam eadem ainfirou describit (P) Adde etiam, quod scientia nomine veniat ipsa fides, qua fiduciali Christi notitiâ describitur, intelligenda (q).*  
v. 20.  
q) Ioh. 17, 3.

r) Apoc. 22, II. **VI.** *Hasta hac ex manibus excussa nugari ex Apoc. pergunt: Qui justus est justificetur adhuc (r) E. Resp. A Renovatione ad justificat. per 4. terminos concluditur. Est enim Synecdochica hic locutio, ubi totum pro parte, seu causa pro Effectu sumitur. De Renovatione enim Iohannes sub nomine Iustificationis, verbis subsequentibus illud attestantibus, loquitur: Qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Tum si de Iustificatione propriè sic dicta, illa intelligerentur verba: non tamen aliter, nisi de constantia in vera fidei iustitia, deq. perpetua, ac continua in hac vita remissione peccatorum, pro qua etiam justis quotidie Deum invocare opus habent, accipi possunt.*

**VII.** *Ad secundum, posito prius vero controversia statu, quem vel undecies inveteratorie evertent, Chemnitio attestante & probante, difficile haud erit respondere. Non est autem ille, ut adversarij asserunt, num homo Deo reconciliatus, simul etiam per S. S. renovetur. Num bonis etiam studendum operibus, hoc enim utrinq. inconfesso est. Sed hoc disputatur: quidnam sit illud, quo Deus motus homini peccatori peccata remittat, eumq. in gratiam recipiat; & quanam sit illa ipsa, qua coram Deo reputemur justis, iustitia? Pontificij nos nostra innoxia, nobis inherente justificari garrunt: Nos sola Christi, fide apprehensa iustitiâ, duce scripturâ, asserimus.*

**VIII.** *Quam nostram assertionem vel sexcentis luce meridiana clarioribus stabilire testimonijs possemus, sed ex multis pauca. Paulus, Iustificamur, inquit, gratis, per gratiam ipsius, per redemptionem, qua est in Christo Iesu (a). Donum Dei vita aeterna in Ch. I. (b). Iustificari fide pacem habemus &c. (c) Non ex operibus, qua faciebamus nos, sed secundum misericordiam salvos nos fecit (d). Et alibi (e).*

a) Rom. 3. v. 23.  
b) Rom. 6. v. 23.  
c) Rom. 5.1.  
d) Tit. 3.5.  
e) Eph. 2.5.8.  
1. Tim. 2.5.  
Gal. 2.16.21.

**IX.** *Adversariorum verò opinio erronea, vel subsequentibus rationibus facili negotio refutatur 1. Quia opera si non à justificatis ante proveniant, Deo grata esse non possunt: quicquid enim non est ex fide pecca-*

peccatum est (f). 2. Iustificatio opera, ut causa Effectum, precedit. f) Rom. 14. 23. August. g) Ef. 64. 6. h) Luc. 17. 10. Rom. 8. 12. Bona enim opera non precedunt iustificandum, sed sequuntur iustificatum. 3. Quia imperfecta, & panno menstruata à S.S. comparantur (g). 4. Quia jam ante debita. (h)

X. Et sic tertium erroris membrum, elumbe illud figmentum post liminio à Iesavitis in Ecclesiam introductum, quo inhaerentem Charitatem atq; qualitatem infusam, formalem esse iustitia nostra coram Deo causam delirant, ultrò labascit. Si enim ex gratia, jam non ex operibus &c. (i).

### Secundus Error.

Imputata iustitia est amentissima insania, atq; pertinet inter *καυνοφωvίας*. Absurdum est dicere formam rei, quae ipsi non inest. Conc. Trid. Sess. 6. Can. 11.

### REFUTATIO.

I. Si imputata iustitia est amentissima insania, & eam profitentes, hac in re erunt insani: At Moses, David, Paulus, Petrus, imò Christus ipse eam tradunt. Moses Gen. 15. David. Ps. 32. 1. Christus Ioh. 3. 16. 18. c. 6. 35. 40. 47. Paulus Rom. 4. vel undecies verbo imputandi utitur. Petrus 1. Ep. 1. 5. Act. 4. 12. c. 10. 43. Ergo, 2. Si ab antiquissimis & maximè authenticis hac imputata iustitia auctoribus deducitur, ut monstratum, non *καυνη* sed *παλαιά* erit, nec inter *καυνοφωvίας*, sed *παλαιοφωvίας* numeranda.

II. Oggerunt illi, imputare iustitiam idem esse, quod infundere novas qualitates. Resp. Si imputare iustitiam, est infundere novas qualitates, imputare peccatum esset infundere iniquitatem: At absurdum consequens, alias Christo nostra peccata subjective inhaesisse sequeretur. E. & Antec.

III. Idem etiam ex clarissimis scriptura dictis patescit (k). Et ad Phil. Non habens meam iustitiam ex lege, sed eam qua per fidem est Christi: id est, iustitiam, qua est ex Deo per fidem. Et si per legem est iustitia, Christus est frustra mortuus. k) Pl. 32. xi. Gen. 15. 6. Phil. 3. 9. & seq. Gal. 2. 21.

IV. Deniq; absurdum, quod hinc sequi autumant, theologia videt nullum.

nullam. In philosophorum schola hoc quidem absurdum esse potest, ve-  
rum neutiquam in SS. Quippe definitiones formarum philosophis usi-  
tata, in hisce mysterijs locum non inveniunt. Quomodo itaq; Christi  
justitia fiat nostra, non ex philosophorum, sed ex SS. placitis, est hau-  
riendum.

Rom. 4. **V.** Hac id est ἀντιμαρτυρίας ἀπὸ ἰσαρίας asseverat, Iustificationem sola  
imputatione fieri, non inani & verbali, sed solida & reali, atq; cum  
effectu conjuncta, licet, ut dictum, non subjective insit credentibus,  
tamen ac si ipsorum propria esset, per fidem revera imputatur.

### Tertius Error.

Communis  
cavillatio.

Parum Lutherani sibi constant in doctrina justifica-  
tionis, & spiritu vertiginis agitantur, quia varios modos  
& diversas formas justificationis tradunt. Nunc enim  
justificationem gratiæ Dei, nunc redemptioni per Chri-  
stum factæ, nunc fidei hominis adscribunt, dicentes, 1. Ex  
Gratia justificamur, 2. per Christum justificamur & sal-  
vamus. 3. fide justificamur. Hæ variæ & diversæ lo-  
quendi formulæ, arguunt Lutheranos inconstantia, &  
malæ causæ eos convincunt.

### REFUTATIO.

Rom. 3. **I.** Dum nos inconstantia accusant pontificij, suam alijs comedendum  
& deridendum infantiam propinant. Perpetuum & unanimum hunc  
esse SS. consensum; nos gratia Dei, propter solius Christi meritum, per  
solam salvari fidem, id est unico D. Pauli testimonio, omni exceptio-  
ne majori, probatur, ad Rom. 3. ubi hæc tres in peccatoris Iustificatio-  
ne concurrere personas, ad similitudinem judicij forensis, docet, 1. Ju-  
dicis Dei, 2. advocati Christi, 3. rei peccatoris de quibus supra præ-  
liximus.

**II.** Quid qualibet ad justificationem harum conferat, ibidem de-  
clarat: de Deo judice ait: Iustificamur gratis per illius gratiam. De  
Christo advocato: per redemptionem, qua est in Christo Iesu. De pec-  
catore reo: per fidem Dei judicis scilicet misericordiam, atq;  
Christi

Christi pro peccatis satisfactionem apprehendentem. Quid quæso  
hiscè clarius?

III. Affirmando itaq; nos spiritu agitari vertiginis, Paulum, qui  
non ad pedes Gamalielus (n), sed in tertio calo suam theologiam didi-  
cit, (o) imitantes, & eodem illum agitari spiritu pontificijs asseveran-  
dum. Non verò est spiritus vertiginis, sed constantia, quo non diver-  
si modi & forma, sed unus idemq; modus justificationis, diversis for-  
mulis loquendi, sanctæ scripturæ usatis exprimitur, & describitur.

n) Act. 22.3.  
o) 2. Cor.  
12, 2.

IV. Quoties autem Apostolus vel misericordia Dei, vel merito  
Christi, vel fidei, justificationem seorsim, ut exempla passim obviam te-  
stantur, acceptam refert, duas reliquas nequaquam vult exclusas,  
cum tanquam individuo nexu cohereant, ita ut nulla absq; reliquis  
seorsim considerari, nec possit, nec debeat. Dei enim gratia, meritum  
Christi, sine quo ea nulla est, atq; hominis fidem, respectat. Meritum  
Christi salvificam Dei misericordiam, & peccatoris fidem comprehen-  
dit. Hominis fides Dei justificantis gratiam, & Christi satisfactio-  
nem amplectitur.

#### Quartus Error.

Triples est justificationis ratio 1. homines ante Mo-  
sen lege naturæ, 2. lege Moysis justificati sunt. 3. lege Ev-  
angelica justificantur & salvantur.

#### REFUTATIO.

I. Quid est *μετανοειν* si hoc non est. Augustinus Pelagium in  
tantum fuisse gratia divina inimicum, refert, ut diceret, hominem  
posse omnia divina facere mandata, nulla instructum gratia, sed à solis  
natura viribus paratum. Idem hic pontificij sua justificatione triplici  
sentiant, maxime Tridentini Concilij *exegesis* Andr. qui ethnicis,  
inquit, illam notitiam Dei, quam ex lege natura hauserunt, citra gra-  
tiam Christi ad salutem satisfuisse.

de hæc.  
cap. 88.  
Expl. or-  
thod. lib. 3.  
p. 288. &  
seqq.

II. Idem paulo post inquit; In facultate hominum eorum etiam, qui  
sola lege natura utuntur, est positum, ad istam agnitionem Dei, quam  
ex Philosophia & lege natura hauserunt, quæq; ipsis ad salutem satis-  
fuerat,

B

fuerat,

fuerat, adungere cultum, pietatem, religionem erga Deum, & Deum, quem summum bonum esse intelligunt, totus animi viribus diligere.

III. Sed omnibus Paulinum hoc opponimus: Naturalis homo non percipit ea quae spiritus sunt (p). Triplicem verò quod attinet distinctionem legis, ex phrasis, & rei ipsius ignorantia, originem ea suam traxit, quae seducti monachi, Evangelium novam legem appellitarunt. Hinc ingentes illa cum legis, cum Evangelij, confusiones sunt secuta. Vnde D. Luth. Nisi discrimen inter legem & Evangelium teneatur, articulum justificationis obscurari & penitus amitti, miserisq; peccatoribus desperandum esse, ait. Qua de re superiori disputatione actum est.

IV. Vnam itaq; eandemq; fuisse omnium hominum, quocumq; tempore viventium, rationem & modum gratuae justificationis illius per fidem in Christum, sacra nos edocent litera. Deus enim ipse non per legem natura, sed per semen mulieris contritum caput serpentis (q) protoplastos eorumq; posteros salvatum iri promittit: cui promissioni adherens Eva, enixa Cainum pra gaudio exclamat: acquisivi virum (r) Gen. 4, 1. DOMINUM (r). Et respexisse legitur Deus non ad legem natura (s) qua menti Abelis indita fuit, sed ad ejus munera in sacrificio per fidem oblata, ut Epistola ad Hebraeos (t) testatur.

V. De Abrahamo patre omnium fidelium & Moses & Paulus uno ore testantur, non eum lege natura, sed fide fuisse justificatum; creditur Abraham Deo, & imputatum esse ei ad justitiam (u). De patribus, qui sub lege Moysis vixerunt, Petrus in primo concilio Hierosolymitano inquit, quod non per legem Moysis, qua illis grave onus fuerit, sed per gratiam Domini nostri I. C. una nobiscum justificati & salvati sint (x).

VI. Idem communi consensu omnes prophetas testari, Petrus refert, inquiens: Huic omnes prophetae testimonium perhibent, quod remissionem peccatorum accepturus sit per nomen ejus, quisquis crediderit in eum (y). Vnde & Epist. ad Hebr. tantopere fidem patrum in J. T. extulit (z), Hac faciunt & dicta illa: Iesus Christus heri & hodie,

p) 1. Cor. 2  
14.

q) Gen. 3, 15.

r) Gen. 4, 1.

s) Gen. 4, 4.

t) Hebr. 11, 4.

u) Gen. 15, 6.

Rom. 4, 3.

Gal. 3, 6.

x) Act. 15,

10. 11.

y) Act. 10,

43.

Act. 4, 12.

z) Hebr. 11.

hodie, idem est in secula (a). Agnus occisus est ab origine mundi. (b)

a) Hebr. 11. 8.  
b) Apoc. 13. 8.

Quintus Error.

Non omnibus æqualis justificationis gratia, sed alijs major, alijs minor datur, seu confertur, juxta diversam horum dispositionem. Iustificatio & sanctificatio idem est. Item, meritum Christi & nostra renovatio seu inchoata obedientia nova, est nostra coram Deo justificatio. Iustificatio non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio & renovatio interioris hominis. Civiliter justus est qui justè agit, & hæc justitia Deo accepta est.

Hier. Tor. Iesuita l. 2. c. 4.

Conc. Trid. Sess. 6. cap. 7. Secundum omnes.

REFUTATIO.

I. Si quid in homine esset, quod causam & meritum justificationis in se contineret, primum hujus erroris membrum de inæquali justificationis gratia militaret. Verum omnibus per Christum gratuito, eadem atq; æqualis justificatio, quamvis donorum sæpè numero discrimen sit maximum, credentibus donatur. Christus enim solus & unus, à Deo factus est nobis sapientia, justificatio, sanctificatio, redemptio (c). Non igitur nostra est, sed Christi justitia: qua non ex parte, sed ex toto, cum universo suo merito, manu fidei apprehenditur.

c) 1. Cor. 1. 30.

II. Hinc Paulus omnes evidenter vocat unum corpus, & unum spiritum, qui & vocati sint in una spe vocationis sue, quorum unus Dominus, una fides (d). Suffragatur huic Petrus, cum, omnes, ait, Christianos æque preciosam cum ipso fidem accepisse (e). Etsi omnes non æque firma, sed alijs alijs languidiore pradii fuerint: ratione tamen salutis non dubitat etiam exiguam infirmorum fidem isòtupov appellando, aliorum fidei fortissima exæquare.

d) Eph. 4. 4.  
e) 2. Pet. 1. 1.  
f) Mat. 8. 8.  
g) Mat. 15. 22. & seqq.  
h) Mat. 17. 15.

III. Quare siue sit firma ut centurionis (f) & mulieris Cananae (g) siue infirma, ut patris Damoniaci (h), quæ Christum amplectitur, unus tamen & idem est mediator & redemptor, in quo omnis, qui credit, justificatur (i). Nec ex parte tantum, sed simul & semel totaliter, ut exempla Publicani (k), Latronis (l) paralytici (m) faciunt testamur.

Mar. 9. 22.  
Luc. 9. 38.  
i) Act. 13. 39.  
k) Luc. 18. 14.  
l) Luc. 23. 43.

IV. Aliud verò est, quando de novi hominis renovatione loquimur, atq; veteris mortificatione, qua indies crescere & debet, & potest, est enim imperfecta. Hinc scriptura dicta: Carni servio legi pecca-

n) Rom. 7. 8.

o) Gal. 5. 17.

p) Apoc. 22.

11.

ti, menti autem legi Dei (n). Caro concupiscit adversus spiritum (o). Qui justus est justificetur adhuc (p) id est, justificatus fide pergat studere bonis operibus. Imputatio autem justitia Christi, qua est justificatio, perfecta est & aequalis.

V. Quod vel inde liquet: Si enim magis & minus nostra reciperet justificatio, remissionem peccatorum, & gratiam Dei, & vitam aeternam perfecte non consequeremur: Ex quo illud sequeretur, nos partim vita aeterna, partim inferni filios esse. Praeterea infinitum magis & minus recipere non potest: Justitiam autem Christi, nobis imputatam, infinitam esse, nisi mentis impos, negabit nemo.

VI. Quod deinde justificationem & sanctificationem idem esse, plumbei illi statuunt, perinde est, ac si dicant, eandem rem esse causam cum Effecto: Arborem cum fructu. Ut enim Causa & Effectum, sic justificatio & sanctificatio, justitia fidei, & nova obedientia discernuntur. Ne autem quis equivocationibus seduci se patiatur, observandum, novam renatorum obedientiam, titulo interdum justitia coronari, q) atq; eo respectu in alijs majorem, in alijs minorem esse posse.

q) Rom. 6.

19.

Epist. 4, 24.

2. Cor. 9.

Ebr. 11. 33.

1. Joh. 2, 29.

VII. In eo deniq; quod justum esse pronunciant, qui juste agat, eamq; esse justitiam Deo acceptam, absurde & impie delirant. Etenim ingens est differentia inter justum esse, & juste agere. Juste agere quis dici potest, non qui semper, sed qui interdum justa quaedam efficit. Justus verò esse, non nisi qui semper, nec unquam dissimiliter agit, potest. Non igitur justus meretur nomen, qui aliquando justa agit, cum secundum Logicos una atq; altera actio non pariat habitum, sed qui perpetuo sine ullo intercapedine juste facit.

VIII. Sed de quo hoc affirmari possit, Christo excepto, ab Adamo usq; inventus est nemo. Omnes enim peccaverunt, & carent gloria Dei. Non est justus ne unus quidem (r). Non est qui intelligat,

r) Rom. 3.

10.

non

non est qui exquirat Deum. Omnes deflexerunt (s) opera eorum o- s) Ps. 14, 3.  
 pera iniquitatis &c (t). Verba oris ejus sunt iniquitas & dolus. (u) t) Efa. 59, 6.  
 Si iniquitates observaverit Dominus, nemo est qui sustineret. (x) u) Ps. 36, 2.  
 De his vide Bernhard. super Cant. serm. 73. & August. in Ps. 129, Bernhard.  
 suaviter differentes.

CAPUT SECUNDUM.

De gratiâ ejusq; verâ ratione.

Primus Error.

Si quis dixerit gratiam, quâ justificamur, esse tantum Conc. Trid.  
 favorem Dei, sit anathema. Gratiâ sumus justî, aut sal- Sec. 6. can.  
 vamus, hoc est, propter novam qualitatem, aut tres vir- 41.  
 tutes cardinales; fidem, spem, caritatem justificamur &  
 salvamur.

REFUTATIO.

I. Omnes hic ingenij sui nervos pseudonymi monachi & Iesuita in-  
 tendunt, ut particulam gratis, utpote illis, ob causas, quas habent tu-  
 trofas, intolerabilem, penitus ex agro theologico extirpent, vel sal-  
 tem expositionibus suis adulterinis, alienum ei sensum affricando, de-  
 pravent. Contra quos norandum, in duabus vocabulum gratia signi-  
 ficationibus in Scriptura S. usurpari. Interdum enim (frequentissimè  
 tamen) benevolentiam, favorem, misericordiam Dei; Interdum (sed  
 rarissimè) dona ex favore collata significat. Nobis tantum quid in  
 hoc, in quo versamur, articulo denotet, attendendum.

II. Minimè verò gentium hic de donis in nos collatis accipi posse,  
 scriptura teste, asseveramus. 1. quia non illorum causa remissio- a) Act. 15, 11.  
 nem consequimur, sicuti supra ostensum. 2. quia imperfecta. Rom. 3, 24.  
 3. quia in impios etiam cadunt, ut Matth. 7. Nonne in nomine tuo prophe- c. 4, 4. 16.  
 tavimus, &c. Sed de favore & misericordia Dei gratuita, quâ nos, c. 5, 8. 21.  
 aternâ dignos damnatione, propter Christum amplectitur (a). Quod Eph. 1, 9.  
 etiam ex oppositione vocabuli operis, mercedem debitam significantis, Eph. 2, 4.  
 manifestum (b). & seq.  
 Tit. 2, 11.  
 b) Rom. 4, 4. c. 11, 6.  
 1. Tim. 1, 9.  
 Tit. 3, 5.

III. Possemus hic plurima S. S. scriptura afferre exempla, sed suffi-  
 ciat



ciat Abrahami historia, quem Paulus non ex operibus bonis, licet plurima à tempore conversionis suae, per veram fidem praestitisset: sed ex gratia Dei gratuita, per fidem justum pronunciat. Rom. 4. 4. Addens per antithesin, qui operatur, ei merces imputatur non secundum gratiam, sed secundum debitum.

IV. Iesuiticum etiam hoc figmentum, si nullum esset aliud, vel hoc saltem testimonium everteret: Elegit nos in ipso *καταβολῆς τῆς κόου*, ut essemus sancti & irreprehensibiles &c. (d), ubi tunc ante jacta fundamenta mundi habitus infusi? ubi tres virtutes cardinales, homine nullo fabricato? Unde Dominus ait, Miserebor cujus miserebor, & clemens ero, cui clemens ero (e). Quid hic habitus, aut novae qualitates?

V. Est igitur gratia, gratuita tantum acceptatio, quã propter meritum Christi respicientibus & credentibus peccatoribus in gratiam ex mera misericordia à Deo receptis, Christi obedientia & justitia imputatur.

VI. Testimonia deniq; patrum, si angustia charta permitteret, quam plurima nostram sententiã comprobantia, produci possent. Observentur hac: Tunc ergo justii sumus, quando nos peccatores facemur, & justitia nostra non ex proprio merito, sed ex Dei consistit misericordia (a). Pro nihilo salvos facies eos: Quid est pro nihilo? Nihil invenis unde salves, & multum invenis, unde damnes (b).

VII. Idem; si gratia est, gratis datur, quid est gratis datur? gratis constat. Nihil boni fecisti, & datur tibi remissio peccatorum: Attenduntur opera tua & inveniuntur mala; si quod debetur, Deus istis operibus redderet, utiq; dampnaret (c). Non tibi Deus reddit debitam panam, sed donat indebitam gratiam. Et alius. Non in fletibus, non in actibus nostris, sed in advocati nostri allegatione confidamus (d).

### Secundus Error.

Communis cavillatio.

Lutherani suis vocabulis gratiæ, gratis, sola fide, excludunt, extenuant, imò prohibent bona opera, & aperiant fenestram peccandi.

Refu-

## REFUTATIO.

- I. Non sunt hæc, ut impudenter comminiscimini Lutheranorum, sed S. S. vocabula exclusiva. Nequaquam autem illa servando, bona excludimus opera, ut non adsint, sed omnem tantum illis in gratuita justificationis foro dignitatem adimimus, quoniam nullius omnino causæ rationem complectuntur. Tum ut unicum illud instrumentum Fides, Dei gratiam & meritum Christi apprehendens, tantum maneat.
- II. Etenim cum Scripturâ asserentes, nos solâ Dei justos esse misericordiâ, nullum planè operibus, virtutibus, dignitati, gloria, aut propria sanctitati locum relinquimus, sed solius Dei misericordiâ, atq; Christi merito omne salutis nostræ punctum, acceptum ferimus, ita ut etiam ipsam quoq; fidem, quatenus est legi opus, & qualitas in nobis, penitus exterminemus.
- III. Duplici enim consideratur ratione fides; primum quatenus est in nobis tanquam bonum opus: Deinde quatenus beneficia Dei nobis applicat. Neg. hic etiam, quando Christi meritum Fides apprehendit, nos innoxius justificat, ita ut quandam potestatem ipsa apprehensio in se contineat justificandi: sed innoxius, quia fide, Christi beneficia sunt nostra. Eâ igitur ratione, rectè bona extenuando opera, ad hominis salutem planè ea esse inutilia affirmamus.
- IV. Quod verò addunt, nostrates opera bona prohibere, eò antiquum illud saum mentiri & calumniari ostendunt, quo rudi suo gregi nostram Ecclesiam faciant exosam. Vnum precor, ex Augustanæ confessionis theologis, qui unquam, sive dictis, sive scriptis, bona prohibuerit opera, date, nominate, palmâ porrectâ, ad vestra castra descendemus.
- V. Sed fenestra, inquiunt, peccandi hæc gratuita justificationis doctrinâ aperitur. Resp. 1. Hoc fieri per accidens. 2. sicut non faciendâ mala, ut bona eveniant: sic nec falsò justificatio tribuendâ operibus, ut homines inde ad bona opera excitentur. 3. Inverto argumentum: Iustificat nos Deus sine operibus, solâ suâ misericordiâ:
- Ergo

Ergo majoris declaranda gratitudinis causa, ad magis operibus bonis studendum, ut David: Copiosa apud te est redemptio, ut timea-

- a) Pf. 130. 7. *ris* (a). Et Zacharias: Nos, de manu inimicorum nostrorum, ait, liberatos, non ut in malitia perseveremus, sed ut in sanctitate & iustitia Deo perpetuo inserviamus (b). Paulus inquit: Christus dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab iniquitate, ut purificaret sibi populum peculiarem bonorum operum (c). Et alibi: (d) *Iluxit gratia Dei salutifera omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegatâ impietate, &c.*

VI. Atq; hoc etiam à justis & verè pijs fieri, Christus nobis aperte sub parabola de duobus debitoribus monstrat, ubi plus dicitur dilexisse, cui plus donatum sit. (e) Hac igitur doctrina magis ad bona, quàm ad mala opera, calcari hominibus additur.

### CAPUT TERTIUM.

#### De Fide & particulis exclusivis.

##### Primus Error.

Catech.

Rom. fol.

10.

Conc. Trid.

Ses. 6. can.

12. Sefs. 6.

c. 9.

Ibid. c. 15.

Fides tantum significat notitiam historiæ de Christo, & assensum doctrinæ. Si quis dixerit fidem justificantem nihil aliud esse quàm fiduciam divinæ misericordiæ peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam esse solam, anathema sit. Objectum fidei justificantis proprium, non est promissio specialis de gratia Dei, sed universale Dei verbum. Cur vos Lutherani tantoperè prædicatis fidem, tamen fides in hominibus schismaticis & hæreticis esse, & manere potest.

##### REFUTATIO.

I. Hinc quid sanctuli isti de vera sentiant justificandi fide, nobis haud obscure, dum distinctionem inter justificantem & historicam fidem nullam admittunt, detegunt. Non quidem negatur à nostris, justificantem fidem, generalem illam præsupponere historicam: Si enim illa, quæ quasi initium & origo fidei vera est, absuerit, at vinea promissionis fiducia propter Christum peccata condonantis, neq; concipi, neq; servari firmiter in tentationibus poterit. Imò

Imò nequaquam rectè intelligere quempiam justificationis articulum, absq; illa posse, ambabus, quod dicitur, manibus largimur. Hinc à nonnullis orthodoxis, assensus universi Dei verbi nobis propositi, & in hoc promissionis gratuita reconciliationis donata propter Christum mediatorem, definitur.

III. Verùm enim verò non in hoc articulo, firmum omnium eorum assensum, ut Iesuita nugantur, quæ Biblia continent sacra, intelligimus, quamvis enim assensum & notitiam articuloꝝ doctrina Christiana, quo totam amplectimur scripturam, nomine fidei aliàs intellẽctam velimus. Hic tamen fiducia duntaxat, gratiam Dei per Christum nobis partam, & in verbo atq; sacramentis oblatam, apprehendens, notatur.

Bell. lib. 1.  
c. 4.

IV. Ex quibus proprium fidei justificantis esse sequitur objectum, non universale Dei verbum, sed speciales illa de gratia Dei promissiones. Huic nostra suffragantur sententia omnia illa numero infinita dicta, quæ de Dei gratia, atq; Christi Salvatoris officio loquuntur. Paulus justitiam fidei describendo, mortem Christi ejusq; resurrectionem, objectum illius facit.

V. Non autem hisce, ut adversarij per calumniam nobis affingunt, varia esse fidei objecta (ut ad Hebr. videre est) vel versari fidem circa omnem S. S. scripturam inficiamur: Cum non hoc, sed illud duntaxat queratur, quodnã objectum sit illud, quod fides justificans remissionẽ peccatorum quaesitura, & apprehensura propriè intueatur? nos tantum gratuiam esse Dei misericordiam in Evangelio oblatam, testimonijs SS. instructi, statuimus.

VI. Quod autem, de qua hic agimus, fides, non tantum notitiam significet, testimonijs quoq; scripturæ edocemur, ut, Per fidem habemus accessum ad Deum in confidentia (a). Fide suã justus vivit (b). Justificati ex fide pacem habemus ad Deum per Christum (c). Harum omnium fides historica nihil prestat: Falsum igitur de eã quod Pontificij blaterant.

a) Eph. 3, 12.  
b) Rom. 1, 17  
c) Rom. 5, 1.

VII. Assumptio, Propositione sic posita, probatu est facilima:

C

Si

Si enim fides historica corda purificaret: Si per illam accessum ad Deum haberemus: Si per eandem viveremus, & pacem deniq; consequeremur: Omnibus quibus Nativitatis, Passionis & Resurrectionis Christi historia, &c. fuit vel esse cognita, hac beneficia contingerent. At absurdum esse consequens, exempla Scribarum & Pharisaeorum, Pilati, Herodis & aliorum clamitant: Absurdum igitur & antecedens.

VIII. Comprehendere itaq; fidem justificantem κατὰ λόγον καὶ νόμον  
d) 2. Par. 26, εὐφορέϊαν multis scripturae testimonijs probatum redditur (d). Quae vero ex pontificiorum fide historica oritur consolatio? plane nulla. Haec esse illa, de qua Iacobus dicit, demones credunt, & contremiscunt (e).  
v. 15. ibid.  
v. 20.  
Rom. 4, 15.  
1. Tim. 1, 12.  
Rom. 8, 35.  
e) Iac. 2, 19.

IX. Ex his, quid de eo, quod haereticis, schismaticis, adulteris, fornicarijs &c. Romanenses fidem adscribunt, sit statuendum, cuiusvis colligere haud erit difficile, nimirum non esse hanc S. S. doctrinam; sed perversam Diaboli & Antichristi blasphemiam, qua veram salvificam fidem, tanquam cum omnibus etiam pessimis communem, vere pijs exorsam reddere, & ad merita operum eos abducere satagit.

X. Quemadmodum enim motus animalis, ubi anima: ita spiritualis ubi Christus per fidem inhabitat cordibus: absq; illa enim fides non nisi mortua esse potest (h). Habebunt itaq; notorij illi peccatores, non veram sed mortuam, atq; cum haereticis Pontificijs communem, si habere dicendi sunt fidem historicam.

### Secundus Error.

Tap. Charitas est forma fidei: Fides non operatur per dilectionem sicut per instrumentum, ut Dominus per servum, sed sicut per formam propriam. Fides formata charitate justificat. Item: fides justificans & mortua eadem sunt genere & definitione.

### REFUTATIO.

I. Nova & seculis priscis inaudita Philosophia, in qua ab Effectu informari causam docetur. Πάντων γὰρ αἰτίων ἀποκρίτωτον. Effectum Fidei esse charitatem, ex Pauli probatur verbis: Quicquid ex fide  
non

non est, peccatum est (g). Cum itaq; fides precedat, necesse sit, si cha-  
ritas vera sequi debeat: quomodo hæc illius forma statuatur, pontifi-  
cis *ἡ ἀγάπη ἐστὶν ἀπὸ καρδίας*.

g) Rom. 14,  
25.

II. Sed non intelligant praclari isti (ut quidem saluari volunt)  
theologi, aliud esse fidem per charitatem justificare, aliud per eandem  
operari: hæc, non illa scriptura phrasid est, teste Apostolo, qui fidem,  
inquit, per charitatem operari, non justificare (h). Vbi medium & in-  
strumentum statuit charitatem, per quod fides suam operationem erga  
homines exercet. Media verò à movente dicuntur formari, non au-  
tem moventem sive efficientem informare.

h) Gal. 5, 6.

III. Neg, Apostolus vel verbulo à charitate fidem informari attingit,  
sed de summâ charitatis necessitate auditoribus suis Corinthiis  
scribit, non quasi per se ac simpliciter ad salutem necessitas ejus requi-  
ratur; absq; hoc enim astruere in meriti Christi contumeliam vergit:  
sed quod illa non sit vera fides salvificans, sed fidei somnium, quæ in-  
dissolubili nexu charitatem sibi adjunctam non habeat. Quæ igitur  
toto discrepant genere & definitione, *ἡ δὲ ἀγάπη*, quod dicitur dis-  
sentiant.

IV. Est verò unica & sola fidei forma perfectissimum solus Chri-  
sti meritum, per quod fides nostra est id, quod est. Iesum enim Chri-  
stum proposuit nobis Deus propitiatoriu, per fidem in sanguine ejus (i).  
Tum, quod justitia fidei regeneratis (licet bonis non destituantur o-  
peribus) absq; omni bonorum operum concursu imputetur, & Davidis  
confirmatur testimonio (k).

i) Rom. 3, 25.  
k) Ps. 32, 1.

V. Dictis porro illis, quæ falsa expositione erroris sui stabiliendi  
caussa oggerunt, universam redemptionis nostræ beneficium, dilectioni  
hominum, heu blasphemia! adscribitur: ut ex illis; remissa sunt ei pec-  
cata multa, quoniam dilexit multum (l). Translati sumus à morte ad  
vitam, quia diligimus fratres, (m) est videre. Ex his enim, nobis  
propter dilectionem peccata remitti, & propter eandem à morte in vi-  
tam nos transferri, male sani demonstrare annuuntur.

l) Luc. 7, 47.

m) 1. Ioh. 3,  
14.

G a

Sed

VI. Sed respond. particulam ἐν, qua monachi rude & ignavum pecus decepti, non hoc loco causalem, sed rationalem esse, quâ Christus & Johannes non à Causa ad Effectum, sed contrâ argumententur. Hoc textus dicti utriusq. probè consideratus sufficienter evincit: nam si locum explicatio adversariorum inveniret, totus Christi scopus, ut & parabola ibidem proposita, in alienum & planè contrarium esset sensum detorquendus, atq. debitores istos suâ dilectione condonationem debiti meruisse, asserendum. Sensus igitur est: Illi peccata sunt remissa: Ergo delexit. Nos sumus translati à morte in vitam: Ergo non immemores tanti benefici fratres diligimus.

*Tertius Error.*

Communis  
Rom. sermo.

Bellarm. de  
lib. cõcord.  
judicium  
fol. 116.

Lutherani suam hæreticam propositionem fidei Catholicæ & Ecclesiæ Romanæ moribus perniciosam (solâ fide justificamur) ex Scriptura S. ad quam solam provocant, probare non possunt. Item, neminem ex piâ & eruditâ antiquitate pro stabilienda hac propositione, producere in medium possunt. Scriptura non concedit, quod per solam fidem justificetur aut salvetur homo, sed præterea exigit Evangelium, Baptismum, dilectionem, obedientiam & similia.

REFUTATIO.

I. Perniciosam hanc fuisse propositionem Ecclesia Romana, falsò sibi nomen Catholica arrogans, moribus, id est, indulgentiarum negotiationibus, facile largimur: Sed quod eam probare non possimus purum & putidum esse dicimus commentum. Ecce vobis & scripturam, &

- a) Luc. 8, 50. consequentias inde exstructas immobiles. Christus ad laicum ait Marc. 5, 36. *μὴν ἴσθεις* (a). Quid est aliud, quàm si dixisset: Sola fides te salvabit. Sic, scimus quòd non justificetur homo *ἐὰν μὴ διὰ ἰσθῆως* J. C. nisi per
  - b) Gal. 2, 16. *ἰσθῆως* (a).
  - c) Ro. 3, 24. *ἰσθῆως* (a).
  - d) Ro. 6, 23. *ἰσθῆως* (a).
  - e) Eph. 2, 8. *ἰσθῆως* (a).
  - f) Gal. 3, 18. *ἰσθῆως* (a).
- II. Deinde equipollentes scriptura quàm plurimas suppeditat particulas, ut, vocabulum *Gratis* cum synonymis (c), *χάρισμα* donatum quiddam *gratis* (d), *δῶρον* donum (e), *κεχάρισται* gratuito donavit (f). Vocabulum *gratia* (g), *vocula Unius*; ut *unius gratiâ*, unâ oblatione,

ne,

ne<sup>(h)</sup>, Vox imputationis meritis opposita<sup>(i)</sup>, operum exclusio: absq; o-  
 peribus<sup>(k)</sup>. Non secundum opera<sup>(l)</sup>, Non ex operibus<sup>(m)</sup>, Non ex  
 vobis<sup>(n)</sup>, Non habens meam iustitiam<sup>(o)</sup>, Qua particula Paulo usita  
 rissima equipollent isti propositioni: Solâ fide justificamur. Etiam si  
 itaq; iisdem literis & syllabis hæc propositio in scriptura non habea-  
 tur, non tamen inde sequitur, planè in scriptura eam non esse. Qua-  
 dam enim dicuntur in scripturis, quadam verò sunt in scripturis,  
 tamen si non dicantur<sup>(p)</sup>.

h) Heb. 10.  
 i) Rom. 4. 3.  
 k) ibid. 4.  
 l) 2. Tim. 1.  
 m) Tit. 3. 5.  
 n) Eph. 2. 8.  
 o) Phil. 3. 9.  
 p) Nazianz.

III. Antiquitatem requirunt, Quamvis non magnoperè, scriptu-  
 ram habentibus expressam, de illa laborandum, inspiciatur tamen  
 Ambrosius, supra Epist. ad Rom. 3. Justificati gratis per gratiam  
 ipsius. Justificati sunt gratis, inquit, quia nihil operantes, neq; vi-  
 cem reddentes, Solâ fide justificati sunt, dono Dei. Primasius ad Rom.  
 4. Reputatum est ei ad iustitiam, hoc est, compensatum solâ fide.  
 Idem ad Galat. 2. eadem aliquoties repetit.

IV. Hilarinus in Matth. cap. 8. Movet scribas remissum ab homine  
 peccatum, hominem enim tantum in C. l. contuebantur, & remissum  
 ab eo quod lex laxare non poterat: Fides enim sola justificat. August.  
 in enar. Ps. 88. Idem in Ioan. tract. 42. in fine. Et de tempore Serm. 68.  
 Basilus Homil. de humiliat. Chrysof. in Ep. ad Gal. 3. c. In his locis  
 omnibus particulam hæc (SOLA) fidei additam Pontificij depre-  
 hendunt. Nullum igitur illis hic  $\alpha\epsilon\gamma\epsilon\sigma\tau\epsilon\tau\omicron\upsilon\upsilon$ .

Hilarinus.  
 Augustinus  
 Basilus.  
 Chrysof.

V. Quod Bellarminus minus belle obmurmurat etiam Evangelium,  
 Baptismum, dilectionem, obedientiam &c. ad justificationem requirit.  
 Hic insignis ille Sophista, se aut nescire inter media affertentia, & unum  
 illud accipiens distinctionem: aut si novit, odio diabolico se veritatem  
 agnitam prosequi, testatur. Duplicia enim sunt media, respectu Dei  
 offerentis, & hominis accipientis. Illa exhibitiva: hoc apprehendens  
 dicitur. Respectu Dei sunt tria. 1. prædicatio Evangelij (a). 2. Sa-  
 cramentum Baptismi (b), 3. Sacramentum altaris (c). Sola autem fides  
 est unicum illud medium hominis respectu, Dei gratiam & beneficia  
 Christi in Evangelij prædicatione, & sacramentorum dispensatione  
 proposita, apprehendens & justificans.

a) Matt. ult.  
 19.  
 b) Gal. 3. 27.  
 c) Matt. 26.  
 26.  
 Mar. 14. 22  
 Luc. 22. 17.  
 1. Cor. II.  
 24.

C 3 Error



Quintus Error.

Andr.

Lombar.  
lib. 6. dist.  
27.

Non solâ fide fit applicatio meritorum Christi, sed simul Spe, caritate, alijsq;. Non sola fides est manus illa, sed etiam pœnitentia, spes, caritas, bonum propositum, emendandi vitam, & benè operandi, sunt manus & organum. Per fidem tanquam per opus justificamur.

REFUTATIO.

I. Ex uno in alium errorem probando, μετὰ γὰρ ὁδῶν pontificij videntur. Solâ fide ceu fit justificatio, ut ostensum, sic etiam meritorum applicatio. Patet hoc vel ex seq. Quotquot receperunt eum, dedit potestatem filios Dei fieri, qui credunt in nomen illius <sup>d]</sup>. Quid igitur dicemus, quòd gentes qui non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam, justitiam autem qua est ex fide <sup>e]</sup>. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratia, ut consequamur misericordiam, & gratiam inveniamus ad opportunum auxilium <sup>f]</sup>.

d] Ioh. 1. 12.  
13.

e] Rom. 9.  
30.

f] Heb. 4. 16.

II. Affirmamus quidem, spem, charitatem &c. atq; fidem nequaquam à se invicem posse distrahi, ubi enim fides est vera & salvifica, ibi etiam semper effectus fidei sequuntur. Non modò enim sequitur, diligit Deum & proximum: Ergo fide est praditus justificante. Sed etiam hoc; Justificante fide est praditus: Ergo Deum & proximum diligit. Fides enim vera & charitas sunt indivisa.

III. Verù enim verò etsi spes, charitas, &c. perpetuo fidei adsint, non tamen statim sequitur per illas virtutes etiam applicationem meritorum Christi fieri. Non enim illorum, qui simul sunt, eadem est ratio, & natura: Sed cuiq; suum officium & proprietates est tribuenda. Sic quamdiu vivit homo, anima & corpus sunt conjuncta: Non tamen sequitur: anima ratiocinatur: Ergo etiam corpus. Sic in animâ sunt facultates conjuncta, neq; unquâ mens & voluntas segregantur, quis verò hinc sequi putet, quicquid harum agit una, protinus etiam alij esse assignandum.

IV. Fidem deniq; esse rem, propter quam justificemur, aut cujus valore simus justi, ob sequentes negamus rationes. 1. Quia omnia respectu Dei

Dei

Dei sunt gratuita <sup>g]</sup> 2. quia aliena est fides nostra: Est enim respectu <sup>g]</sup> Rom. 39.  
originis donum Dei. 3. quia est imperfecta in hac vita, nihil autem <sup>28.</sup>  
imperfectum coram Deo consistere potest. 4. Si fides quicquam prome-  
reri posset suo valore, nos sine operibus non justificari sequeretur. 5.  
Christum non esse perfecte nostrum mediatorem. Sed hac ex preceden-  
tibus satis patere arbitramur.

#### CAPIT QUARTUM.

##### De dubitatione.

##### Primus Error.

Nullus certitudine fidei scire potest se gratiam Dei ef- <sup>Cone. Trid.</sup>  
se consequutum. Nemo præsumere, aut certo statuere de- <sup>Sefs. 1. c. 9, &</sup>  
bet, se esse omnino in numero prædestinatorum. Homo <sup>Sefs. 5. e. 12.</sup>  
dubitare debet de gratiâ & indispositione, quia nemo sci-  
re potest utrum satis præstiterit ad consequendam gra-  
tiam, & num illæ virtutes sint perfectæ.

##### REFUTATIO.

I. Horrendum illud de Dubitatione <sup>ὁδὲ λυγρὰ</sup> aggressuri, principio si-  
nem, cur adeò mascule impiam hanc suam defendant doctrinam, pau-  
cū dispicere libet. Is autem unicus & solus est, rursus illa quam tot <sup>Videatur</sup>  
annos. exercuerunt indulgentiarum negociatio, aliquor millenis milli- <sup>taxa.</sup>  
bus quotannis regno pontificio florenis fructuosior. Nam si homines se  
solâ gratia Dei, propter Christi meritum fide apprehendendum salva-  
ri docerentur, omni dubitatione abjectâ, nemo nisi planè <sup>αὐτῶν</sup>  
αὐτῶν, isti nundinationi quicquam tribueret.

II. De suâ autem hominem salute certum esse posse, universa vocife-  
ratur Scriptura, rationesq; inde deductæ evincunt. Ex dictis primò  
in arenam producere consolationis illud plenissimum placet: Vivo  
ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris; sed ut convertatur  
& vivat <sup>[h]</sup>. Amen, amen dico tibi, qui confidit mihi, habet vitam <sup>h] Eze. 33. 1.</sup>  
aternam <sup>[i]</sup>. <sup>i] 1. Joh. 6. 47</sup>  
<sup>& seqq.</sup>

III. 2. Ne autem de hisce quis dubitaret promissionibus: placuit  
Deo, nostræ imbecillitatis causa, in cordibus electorum eandem  
Spiritu

spiritu suo efficaciter obsignare, quo indubitato se filios esse Dei sciunt.  
 Unde Paulus: Non accepistis iterum spiritum servitutis ad timorem &c. Idem spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod simus  
 filij Dei (k). Postquam credidistis obsignati estis spiritu promissionis  
 sancto, qui est arrhabo hereditatis nostrae in redemptionem acquisita  
 possessionis (l), per Spiritum S. obsignati estis (m). Qui obsignavit vos  
 Deus est, deditq; arrham Spiritus in cordibus nostris (n). Et Ioh. Ex  
 hoc cognoscimus, ait, in eo nos manere, & ipsum in nobis, quod de  
 spiritu suo dedit nobis (o). Qui igitur, de salute dubitandum, de veri-  
 tate & obsignatione S. S. dubitandum docent.

IV. 3. Pontificiorum quoq; deliria, testimonia scriptura, quae de  
 clavium potestate, divini verbi praecipientibus commissarum agunt, con-  
 futant: ut; Quaecumq; ligaveritis &c (p), Sub persona Petri omni-  
 bus verbi Dei ministris haec claves committuntur (q). Quorumcumq;  
 remiseritis peccata, remittuntur eis (r).

V. 4. Tum etiam ex sacramentorum institutione deprompta, non  
 minus nostra sententia patrocinantur testimonia. De S. Baptismo di-  
 citur, quod faciat, ut bona conscientia bene respondeat apud Deum (s),  
 hoc est, tranquilla hoc faderis sigillo stabilita apud Deum conscientia  
 redditur, cum se Christo inseruit homo novit. Omnes enim qui ba-  
 ptizati sunt Christum induerunt (t). In sacra Synaxi cuilibet in specie  
 dicitur: Accipe hoc est Christi corpus, pro peccatis tuis in morte era-  
 ditum: Hic est sanguis Christi pro peccatis tuis effusus (u).

VI. 5. Praeterea à fidei proprietatibus petita: Non enim dubitan-  
 do, sed credendo justificamur. Fides hypostasis rerum sperandarum, &  
 non apparentium in eorum & appellatur (x). Sed quis dubitare, solido esse  
 fundamento niti, dixit unquam. Vocatur magister (a): Habemus  
 magister & accessum in fiducia per fidem illius (b). Sic cum scientia di-  
 citur (c): Scimus quod translati sumus à morte in vitam (d). Haec scri-  
 psi vobis qui creditis in nomen filij Dei: ut sciatis, quod vitam habetis  
 aeternam &c (e). Quod de se (f), hoc (g) de omnibus credentibus asserit  
 Paulus. Omnis autem in eorum scientia, dubitationi appositae est.

A spe

- k) Rom. 8. 15.
- l) Eph. 1. 13.
- m) Eph. 4. 30.
- n) 2. Cor. 1. 21.
- o) 1. Ioh. 4. 13.
- p) Matth. 18. 19.
- q) Matth. 16. 19.
- r) Ioh. 20. 23.
- s) 1. Pet. 3. 21.
- t) Gal. 3. 27.
- u) Matth. 26. 27.
- Mar. 14. 23.
- Luc. 22. 19.
- 1. Cor. 11. 24.
- x) Heb. 11. 1.
- a) Heb. 3. 6.
- b) Eph. 3. 12.
- c) 1. Ioh. 3. 2.
- Iac. 1. 3.
- 2. Tim. 1. 12.
- Rom. 4. 21.
- d) 1. Ioh. 3. 14.
- e) 1. Ioh. 5. 13.
- f) 2. Tim. 1. 12.
- g) Rom. 8. 38.

VII. 6. A spe fidelium neutiquam dubia. In te confido non erubescam in aeternum. Universi qui expectant te non confundentur. In te speravi, non confundar in aeternum <sup>(b)</sup>. Spes non pudefacit <sup>(i)</sup>. Spes anchora firma comparatur <sup>(k)</sup>. *Accedamus cum vero corde* <sup>in m. 190. p. 9.</sup> *ex n. 120. 11.* De Abrahamo dicit Scriptura, Quod crediderit, nec dubitaverit: contra spem in spem, non infirmatus fide <sup>(m)</sup>.

VIII. 7. A Scriptura proprietate, cujus proprium est consolari, & dubitationem animis anxii omnem evellere. Omnia ad nostram consolationem scripta sunt <sup>(n)</sup>. Nihil enim est condemnationis his, qui sunt in Christo Iesu <sup>(o)</sup>. Quis accusabit electos Dei <sup>(p)</sup>. Hac eratis quidem: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis &c. Sed cum horum similium tota sit referta scriptura, brevitati inser-  
vituri, plura huc referre superse deamus.

IX. 8. Postremò à doctrina orationis, quâ quacung, fide petimus juramento Christus nobis pollicetur <sup>(q)</sup>. Christianus itaq, fide remissionem delictorum, atq, aeterna beatitudinis possessionem rogando, certò suas exauditum iri preces statuere potest. Petite & dabitur vobis <sup>(r)</sup>, Omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit <sup>(s)</sup>.

X. His e immotis ac solidissimis cum nostra fides fundamentis nitatur, atq, inde & certissima & firmissima demonstratur, arenosum illud ac putidum propria dignitatis ac virtutis fundamentum, quo suam dubitationem impium superstruunt, suo iudicio corrui, atq, sic, ex nostris Ecclesijs pontificia dubitationis doctrina prorsus relegata, ad extremos Garamantas condemnatur.

### Secundus Error.

Frequenter in ore habent Lutherani fidem, fiduciam suam præsumptionem abominandam: Credo. credo. Hæc sua fides non est cultus, sed præsumptio & magna abominatio in conspectu Dei.

### REFUTATIO.

I. Quòd Lutherani perpetuò fidem in suis urgent Ecclesijs præsertim in doctrina Evangelij (proprie sic dicta) interpretanda, causis impel-  
D luntur

h] Pf. 25, 2. 3.  
i] Rom. 8, 4.  
k] Heb. 6, 19.  
l] Heb. 10, 21  
m] Rom. 4, 18, 19. & scqq.

n] Ro. 15, 4.  
o] Rom. 8, 1.  
p] Ibid. 7, 33.

q] Joh. 16, 24  
r] Matth. 7, 7. & scqq.  
s] Joel. 2, 32.

luntur arduis, Quandoquidem enim doctrina Evangelica est gratuita, & gratis per fidem nobis promissiones contingunt tantum, ea in primis ad Christi atq; Apostolorum imitationem est urgenda. Nec ulla ad populum salutaris haberi potest concio, nisi fidei etiam salvifica mentio facta fuerit.

II. Non est igitur, ut vos impio ore debacchamini, praesumptio & in conspectu Dei abominatio fides: sed summus qui Deo praestari potest cultus, quia Deo summa misericordia, gratia bonitatis, veritatis, sapientiae & omnipotentiae laudem adscribit. Qui accepit testimonium ejus credendo, is obsignavit, quod Deus verax sit. Qui non credit Deo, mendacem facit eum (t).

1] Iohs, 10.

III. Deinde maximus fides est cultus, quia est spiritualis illa manus & unicum illud instrumentum, quo solo, cum omnibus suis beneficijs sua nobis morte & resurrectione partus, Christus apprehenditur, propter quem solum, sola fide apprehensum, iusti reputamur. Hoc enim est opus Dei, inquit Christus, ut credatis in eum, quem misit ille (u). Si itaq; est opus Dei, ipso Christo, in cujus ore fraus est inventa nulla, attestante, atq; fides è diametro dubitationi repugnat, ut probatum satis antè dedimus, vestra contraria fidei assertio, blasphemia in Christum est maxima.

u] Iohs, 6, 29.

IV. Postremo, quoniam per fidem Christus apprehensus, nos S. Spiritu, cujus auxilio carnis concupiscentiae, omnibusq; nobis ex lapsu Adae peccatis inharentibus reluctando, in studijs bonorum operum quotidie pergitur, donat. Fides enim est omnium bonorum mater. Ee nemo sine fide est Deo acceptus (x), cum quicquid non ex fide, peccatis accenseatur (y).

Chrysoft.

x] Heb. 11, 6.

y] Rom. 14.

v. ult.

August. in

Ps. 34.

V. Referre huc libet quod pro nobis facit, dictum Augustini: Audebo ergo, inquit, dicere quoniam sanctus sum? si sanctus tanquam sanctificans, & nullà sanctitate indigens, superbus & mendax sum. Si autè sanctus sanctificatus, dicat unusquisq; fidelium: Sanctus sum. Non est ista superbia elati, sed confessio non ingrati. Si enim dixeris te esse sanctum ex te, superbus es. Rursus fidelis in Christo, & membrum Christi:

*Christi: si te non dixeris esse sanctum, ingratus es. Itaq; nec superbus sis, nec ingratus.*

### *Tertius Error.*

Dubitatio, ò nasutuli Luth. est naturalis, & etiam in sanctis adest, naturalia autem integra, E. ut bona probanda & non damnanda est. Communis error.

### REFUTATIO.

- I. Naturalem esse dubitationem, atq; in sanctis etiam renatis harere, libenter largimur, non penitus enim illa evelli atq; in hac eradicari vita potest. Sed quàm hinc absurde concluditur: adest pijs dubitatio: Ergò probanda nec damnanda. O cecam perversitatem, & perversam cecitatem. Agnoscendum hoc est, non diligendum: aplorandum, non probandum, ei resistendum, non obediendum. Nec hic Rom. 7. 23. quid fiat, sed quid fieri possit, vel debeat, controvertitur.
- II. Scriptura testimonia, qua ab ijs ad errorem hunc plerumq; adferuntur fulciendum, ut Mosaicum illud, si modo quivero conciliare peccatum [a]. Et illud: si forte sit dominus mecum [b]. Item, quis scit, nunquid convertatur [c]. Nequaquam de vita aeterna dubitatione, sed de pana temporalis mitigatione sunt accipienda, ut textus demonstrat. a) Ex. 32. 30.  
b) Ios. 14. 12.  
c) Ios. 2. 14.  
Ion. 3. 9.
- III. Etenim temporales interdum panas plane remittit Deus, interdum imponit, ut illis probentur fideles. Hinc Salomon: Tam amorem quam odium nescit homo [d]. Quae verba si juxta subjectam consideremus materiam, de eventibus loquuntur externis, è quibus nemo, num sit in gratia nec ne, scire potest, cum pio juxta ac impio adversa contingant. Nam subjicit; eò quòd universa justo aequè ac injusto eveniunt, unde corda hominum implentur malitiâ, hoc est, seducuntur ex illis eventibus impij. d) Eccl. 9. 1.
- IV. Naturalia quod integra nugantur, de hoc quid sentiendum errore, experientia plus satis testatur, nosq; magno quotidie nostro malo comperimus, quanta illorum per lapsum protoplastorum sit depravatio facta, ut verbis illud refutare opere nequaquam precium existimem, praesertim cum de eo, diss. sexta actum. Oppono itaq; unicum illud notissim-

tissimum: Naturalis homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei, stultitia est illi. Sapientia carnis inimica est Deo, &c.

V. Quamvis itaq; dubitatio sit naturalis, & etiam in sanctis reliqua, non tamen propterea probanda, sed multò magis, tanquam noxia & fidei maximè contraria, reprehendenda, damnanda, corrigenda, ut Iacobus seriò & graviter monet: postulet, inquiens, in fide, nihil hasitans: qui enim hasitat similis est fluctui maris, qui à vento movetur & circumfertur. Non ergo existimet homo ille, quod accipiat aliquid à domino.

Iac. 1. 6. 7.

Secundum  
plures Ec-  
cles. Rom.  
antesign.

### Quartus Error.

De praesente favore judicandum ex nostris virtutibus, contemptu rerum fluxarum, patientia, modestia, eumq; sibi certò debere polliceri, si eas in se reperiat.

### REFUTATIO.

I. Proh sancte Christe, quid tandem tua passioni & morti acerbissima à Papicolis maleferiatis, atq; hydere infelici prognatis hominibus, relinquitur! ò impietatem aviternum execrandam, suis ne teruntio, sed aeterno dignis supplicio virtutibus, plus quam òte ipsius Christi sufficientissimo, adscribere.

h) Esa. 63. 3. II. Torcular calcavi solus, inquit Christus apud prophetam, & de populis non fuit quisquam mecum: Ille sobus suo sanguine ab omnibus nos peccatis emundavit (i) atq; quod contrarium nobis erat, chirographum delevit (k). Vnde, non est in alio quodam salus, neq; aliud sub caelo est datum nomen hominibus, in quo salvari oporteat, prater nomen Iesu Christi (l).

i) I. Joh. 1. 7.

k) Col. 2. 34.

l) A. 4. 12.

m) Es. 64. 6.

III. Quid de nostris statuendum operibus ex Esaià percepimus (m). Et se qua in nobis sunt, unde quæso illa existunt? nonne à Deo, juxta illud Apostoli: quid habes ò homo, quod non accepisti, si accepisti, quia gloriaris (n). Ipse nos cum adhuc ipsius essemus inimici dilexit (o). Valeant


n) I. Cor. 4. 7.

o) Rom. 5. 8.


p) I. Joh. 4. 19.

igitur hic virtutes imparissima, valeant actiones sordidissima, & Christi meritum ut sanctissimum, ita sufficientissimum fieri inhabitata amplexemur.









Christi: si te non dixeris esse sanctum, ingratus  
sis, nec ingratus.

### Tertius Error.

Dubitatio, ò nascituli Luth. est natu  
sanctis adest, naturalia autem integra,  
banda & non damnanda est.

### REFUTATIO.

- I. Naturalem esse dubitationem, atq; in sanctis  
libenter largimur, non penitus enim illa evelli  
vita potest. Sed quàm hinc absurde concluditur  
tatio: Ergò probanda nec damnanda. O cecam per  
versam cecitatem. Agnoscendum hoc esse, non  
randum, non probandum, ei resistendum, non  
quid fiat, sed quid fieri possit, vel debeat, conti  
nendum.
- II. Scriptura testimonia, qua ab ijs ad errorem  
runtur fulciendum, ut Mosaicum illud, si modo qu  
carum [a]. Et illud: si forte sit dominus mecum  
nunquid convertatur [c]. Nequaquam de vita at  
de pana temporalis mitigatione sunt accipienda, u  
III. Etenim temporales interdum panas plane  
terdum imponit, ut illis probentur fideles. Hinc  
rem quam odium nescit homo [d]. Qua verba si ju  
remus materiam, de eventibus loquuntur exte  
num sit ingratis nec ne, scire potest, cum pio ju  
contingant. Nam subjicit; eò quòd universa ju  
veniunt, unde corda hominum implentur maliti  
tur ex illis eventibus impij.
- IV. Naturalia quod integra nugantur, de hoc q  
rore, experientia plus satis testatur, nos q; magno q  
comperimus, quanta illorum per lapsum protoplasti  
facta, ut verbis illud refutare opera nequaquam p  
praesertim cum de eo, diss. sexta actum, Oppono ita

superbus

iam in  
pro- Communis  
error.

habere,  
radicari  
dubita-  
& per-  
deple-  
Nec hic Rom. 7.23

q; adse-  
re pec-  
is scit, a) Ex. 32.30.  
ne, sed b) Iof. 14.12.  
instrat. c) Ioc. 2.14.  
Ion. 3.9.

us, in-  
a amo- d) Eccl. 9.1.

nside-  
nemo,  
diversa  
sso e-  
lucun-

rem er-  
o malo  
vatio  
mem,  
nd no-  
sisti-

